

1653.

1653 2 ~~434~~

2

D. O. M. A.

Dn. CHRISTIANI KREMBERGS J. U. D.

COLLEGI INSTITUTIONUM

DISPUTATIO DECIMA TERTIA

de

MODIS, QUIBUS

Re Contrahitur Obligatio

Quam

Approbante Magnificâ & Nobilissimâ, Facultate

Juridicâ in Illustri Academiâ Wittebergensi.

SUB PRÆSIDIO

DN. DAVIDIS CICHORII

Lusat. J. U. D. Hospitis honoratissimi, atq;

Præceptoris sui ætatem colendi.

placide eruditorum ventilationi subjicit

ANDREAS Königsdorff /

Serveſt - Anhaltinus.

Ad diem 7. Decembr.

Horis & Loco consuetis.

WITTEBERGÆ

Liteis JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.

Anno 1653.



127

D. CHRISTIANUS KEMBERG U.D.  
COLLEGIUM THEOLOGICUM  
ALMA MATER WÜRZBURG

MODIS QVIBUS

RE CONSTITVIT OBLIGATIO

DR. DAV. NICHORII

Georg Christoph Meier





*Ad Præstantissimum*  
DOMINUM RESPONDENTEM  
ad tempus commensalem sum per-  
dilectum.

**I**nstruis hic alios, miror, cum laude, ligando  
Ipsum Te variis, egregiisq; modis.  
Nam Mutuum quid sit, Deponens, Commoda,  
Explicat ille suo, nos alio genio. (Pignus,  
Sit mutuum Studium quod gestat Commoda secum  
Hoc deponendum sic similiq; modo.  
Sic est reddendum Mutuum Pro Pignore certa  
Laudes ut valeat nomen habere tuum.  
Perge tuum nomen celebrari, perge ligatus  
Esto nunc studio Juris & hinc Patriæ.  
M. Augustinus Neuwirth.

Wie mancher fechten thut / mit Schwerden und mit stange,  
Nach diesem hastu Freund / das kleinste verlangen  
Du liebst den Phobus Streit / da unsre Führerint  
Die Pallas theilet aus den Streiternden Gewinn  
Der Venus sagstu ab / du haffest ihre Syrtten /  
Ingleichen fragstu nicht viel nach Bachus Myrten /  
So recht! so fahre fort / wie du gefangen an /  
Das man erhöhe dich an die Gestirnete Bahn!  
in höchster Eyl sekte dieses  
Georg Wolff Steier von Dresden

**M**axima laus illi, nec non grave munus hono-  
Est tribuenda viro, (ris,  
Quem juvat ingenuas caput exeruisse per artes,  
Et didicisse probè.  
Hæc quod præstiteris non segni laude laboris  
Hactenus ipse scio.  
Juvit te semper sectari namq; sororum  
Sedula castra novem.  
Hinc & Königsdorffi, virtutum gnave bonarum  
Cultor & Aonidum,  
Indolis eximiæ, nunc assiduiq; laboris  
Dona probare cupis.  
Dona probas; quæ jam Krembergi pulpita cre-  
Laude tuenda Tibi. (dunt  
Hos Tibi præstantes de pectore gratulor ausus  
Cæpta secunda precans.  
Pergito sic faustus, sic te comitetur honorum  
Gloria parta Tibi.

*In gratiam Præstantissimi juxta ac  
Eximii Dn. Respondentis gratula-  
bundus de properabat*

Christianus Valentinus **Sorge**  
LL. Studios.



DN. CHRISTIANI Krembergs/ J. U. D.  
DISPUTATIO XIII.

de

MODIS, QVIBUS RE  
CONTRAHITUR OBLIGATIO

PRÆSIDE

Dn. DAVIDE CICHORIO Lus. J.U.D.

Respondente

ANDREA Königsdorff Servestâ Anhaltino.

Thef. I.

Mutuum est verus & proprius contractus



*Rinc. Inst. Quibus mod. re contr. oblig. § fin. 7. d. oblig cum simil. l. 1. D. d. oblig. & Act. l. ex hoc jurc. D. d. 7. & 7. II. Quia mutuum producit obligationem & Actionem. princ. 7. de oblig qua re contr. l. contractus. C. de fide instrum. quod finis est contractuum. t. t. Inst. de oblig. l.*

*1. l. 11. D. de U. & A. Donell. l. 14. comment. c. 1. Gadd. adl. labeo 19. n. 25. D. de V. Sig. & in tract. de contrb. & committend. stipul. c. 1. n. 61. Forst. disp. 15. th. 11. Diss. Corras. in l. frater D. de condict. indebit. n. 3. Robert. lib. 2. sent. c. 12*

II. Mutuum inde rectè dicitur, quod ex meo

(a) tuum fiat, Dominum itaq; dantem esse oportet (b)

(a) *Princ. Inst. d. oblig. qua re contr. l. mutuum. 2. §. 1. D. de rebus credit. Donell. lib. 14. comm. d. c. 1. Diss. Cujac. lib. 11. observ. c. 37.* (b) *Cum enim in mutuo transeat Dominium d. princ. Inst.*

A

Inst.



*l. fl. d. l. 2. §. 2. consequitur, requirit, ut tradens sit dominus l. traditio 20. D. d. acquirend. rer. dom. l. nemo plus Juris 54. D. de R. J. Cujac l. b. 8. observ. c. 8. Robert. disp. 14. th. 1. Bor. h. ad d. pr. n. 2.*

### III. Creditori tamen in mutuo eadem species reddi potest.

I. *L. 2. D. de reb. cred. ibi, quia in suo genere II. tr. no sit enim dominium in accipientem, ut re suo arbitrio utatur. Cum ergo favore debitoris, quo re mutuo data uti possit receptum sit, ut idem in genere reddatur, non mirum est, si hoc favori renunciari possit l. pen. C. de pact. Præsertim cum fiat sine præjudicio Creditoris, arg. l. 9. C. de resc. vend. Myns. Borch. ad pr. Inst. de oblig. que re contr. n. 6. Schneid. n. 10. Donell. ad d. l. 2. n. 5. Arumens Exerc. 12. th. 9. Rober. disp. 14. th. 2. Hoen. disp. 13. th. 6.*

### IV. Creditis nummis debitor alterius speciei nummos solvere potest.

I. *L. debitorem. 99. D. de solut. ubi argumento à contrario deducto sensu, si damnum ex eo passurus non est, cogitur accipere l. que extrinsecus. D. d. V. oblig. II. In nummis enim ratio tam habenda est potestatis seu æstimationis quam ipsorum qualitatis l. 1. D. d. d. contr. empt. D. n. l. 3. n. 10. D. de reb. cred. Hoitom. illust. quest. 15. Pinel. ad l. 2. in 1. part. rubr. c. 3. n. 7. C. de resc. vend. Ez. bin. lib. 2. contr. c. 50. Diss. Wesenb. in x D. de rebus cred. tis n. 12. Covarruv de v. t. numismat. co. 2. §. un. Coler. de proces. execut. part. 1. c. 10.*

### V. Non tamen pro vino vel frumento mutuo dato æstimatio reddi potest.

I. *L. mutuum. 2. §. 1. D. de reb. cred. ubi dicitur, quod aliud pro alio in vino creditori solvi non potest; præsertim cum in mutuo versetur obligatio dandi non faciendi, in qua æstimatio in vicem rei debitæ succedere non solet, l. ubi 75. §. fin. l. stipulationes. 72. D. d. V. oblig. II. Quia in mutuo idem genus, quod datum non reddi debet d. l. 2. E. per. l. 1. D. de rer. permutatione Alciat. & Zasius ad d. l. 2. §. Borch. cent. 2. adseri. 20. Arū. exer. 12. th. 10. Hoen. disp. 13. th. 4. in fin. Diss. Curtigad d. l. 2. §. 1. de reb. cred*

VI.



VI. Conveniri potest, ut debitor mutuo datum in eadem bonitate non restituat.

Quia non pertinet ad substantiam mutui, sed potius ad naturam, ut æque bonum reddatur, ideo pactum contra naturalia contractus valet *l. pacta conventa 72. D. de contrahend. empt. Vult. ad pr. Inst. de oblig. quæ re contrah. Philip. Matth. ad l. 27. n. 18. D. de R. I. Fachin. lib. 2. controv. c. 69. Robert. disp. 14. lb. 3. Hoen disp. 13. lb. 3. Diss. Fulgos in. d. l. mutuum. 2. § 1. D. de rebus credit.*

VII. Pecunia redacta ex re, quam ut nummis uteris, vendendam acceperis, fit mutua.

*L. rogasti. pr. D. de rebus creditis, de qua, quomodo cum l. 34. D. mand. concilianda sit, vid. Robert. lib. 2. sent. c. 5. Coras lib. 6. Miscel. c. 16. Donell. ad d. l. 2. Borch. de rebus credit. c. 5. n. 27. Bronch. cent. 2. adf. 23.*

IX. Officiales & hodierni Præsides mutuo dare possunt pecuniam.

*I. L. Præsides. 34. pr. D. de rebus creditis II. Absurdum enim & durum esset, si iis qui semper in officio manent, perpetuo interdiceretur commercium mutui contra civilem societatem. Quod secus fuit visum in Magistratibus Romanis, qui erant temporales. Unde Magistratus moderni qui sunt perpetui, cum subditis contrahere non prohibentur. auth. Licentia. C. de Episc. & Cler. l. pen. C. de donat. inter virum & uxorem. Donell. ad l. 33. D. de reb. cred. n. 2. Duar. in Comment. eod. tit. c. 2. Sichard ad l. eo. 5. C. eod. 5. Borch. eod. tract. c. 3. n. 8. Bronch. cent. 1. Miscel. adfert. 55. Diss. Zasius & alij ad d. l. 33. D. de reb. cred.*

IX. Filius f. Scto Macedoniano, quo mutuum contrahere prohibetur, renunciare non potest.

I. Respicit enim publicam utilitatem *l. 1. pr. D. ad Sctum Maced.* cui privatorum pactis & renunciationibus derogari nequit. *l. juris gentium. §. 7. §. si paciscar. l. 17. §. pacta. D. de pactis II l. tamen. 11. D. ad Sctum.* Maced. in quo non opposita exceptione Scti condemnatum eo uti posse ostenditur, ideoq; renunciatione etiam facta filiumf. Scti juvari posse liquet Gomez. lib. 2. Var. resol. c. 6. n. 2. Fachin. lib. 2. contr. c. 61. Bronch. cent. 1. Miscell. adfert. 63. Forster. p. 2. d. 5. th. 3. lit d. Diss. Zasius lib. 2. sing. Respon. 28. Gothofr. ad de. l. 11. D. ad Sctum Maced.

## X. Ne quidem juramento

Arg. *l. fin. de non num. pec.* Est enim Contra bonos mores, & occasionem præbet peccandi & delinquendi *cap. non est obligatorium de R. J. in. 6, Panormit. in cap. cum contingat. de Jure Jurand. n. 22. Hak lman. disp. .9 th. 10. Diss. Covaruv. ad. c. quamvis de pactis in. 6. p. 2. §. 3 n. 4. Gomez d. c. 6. Fachin. lib. 2. contr. c. 62.*

## XI. Valore pecuniæ mutato contractus tempus inspicere debet & intrinseca & extrinseca bonitate.

I. *l. 3. D. de reb. cred.* ubi creditor liberatur, si in eadem quâ accepit bonitate, mutuum reddat II. *l. 26. de stip. ser. l. 41. §. 4. D. delegat. 3. III.* Ideo que respicienda *l. Rutilia Polla 69. D. de contra h. empt.* Nec ex post facto mutari potest *l. 2. §. 1. D. de V. O. l. 2. D. de prat. stip. III. cap. olim causam. junct. c. cum Canonicis. de censibus. IV.* Mutuum recontrahitur *d. pr. Inst. de oblig. qua re contr. E. p. 2. Co. st. Elect. 28. Molin tract. de usur. quest. 9. n. 664. Donell. ad l. 3. n. 9. D. de reb. cred. Covaruv. intr. de vet. numis. c. 7. Hottom. illust. quest. 15. Arum exert. 12. th. 11. Bronch. cent. 2. adf. 18. Hoen. disp. 13. th. 5. Diss. Pinell. ad l. 2. C. de resc. vend. 1. part. rubr. c. 3. n. 21. Borchold. tr. c. 7. Fach. lib. contr. c. 9.*

## XII. Pecunia licet deposita sit gratia accipientis, convertenda in mutuum, tamen periculum, casus fortuiti non præstatur.

I. Periculum ad dominum pertinet *l. pinguis 9. l. qua fortuitis 6. C. de pig. action.* Sed hic ad conditionis eventum  
Dominus

Dominus deponens est II. In commodato idem constitutum videmus, ut periculum casus fortuiti, ad commodantem spectet  
§ item 2. Inst. quib. mod. re contr. oblig. III. l. 1. § 35. ubi, qui se deposito obtulit, casum fortuitum prestare non tenetur D. de deposite.  
IV. Quia casus fortuitus in nullo bonæ fidei iudicio præstatur d. l. que fortuitus! contr. ad l. 23. D. de R. J. Alexand. jas, Zas. in l. si quis 4. D. de reb. cred. ubi Viglius n. 12. Fach. lib. 2. controv. c. 70. Bronc b. ecnt. 2. ad l. 16. Diss. alij ad d. l. si quis 4.

XIII. Si duobus eadem res commodata fit, puta vehiculum, eo deperdito, singuli in solidum tenentur.

I. L. si ut certo 5. §. fin. D. commod. Unius tamen solutione alter liberatur arg. l. 15. D. d. tut. & rat. distr. l. 1. §. si apud 43. l. si duo heredes 22. D. de posit. II. Quoniam ambo commodatarii pariter totius vehiculi custodiam in se receperunt arg. latem quaritur 13. §. 9. D. locat. & commodans amborum fidem in solidum est secutus l. eand. rem. 9. D. de duob. z. reis Hottom. Illustr. quest. 19. Rober. disp. 14. tb. 7.

XIV. In commodati contractu præstatur etiam culpa levissima.

I. §. 2. Inst. quib. mod. re contr. oblig. II. d. l. si ut certo 5. §. 2. ibi commodatum. autem plerumq; solam utilitatem continet eius cui commodatur D. commod. ut iustissimum fuerit, non hanc saltem exactissimam custodiendæ rei curam pro officio reponi. Wesenb. add. l. 2. n. 4. D. commod. ad l. 23. D. de R. J. Com. lib. 2. Var. Resp. c. 3. Vult. lib. un. discept. c. 15 Rober. disp. 14. tb. 9. Hoen. disp. 13. tb. 8.

XV. Is qui casum fortuitum in se recepit, de insoluto quoq; tenetur.

I. L. si quis domum. 9. §. 2. D. Loc. ubi dicitur pacto standum esse, ut siquid vi majori accidisset, præstaretur ei merces. Vis autem major intelligitur, omne periculum casus fortuiti, cui humano consilio resisti non potest l. ex conducto § si quis D. eod. Quia textus generaliter loquitur. II. l. 1. C. Comod. Maxime e-

enim ii intelliguntur fortuiti, qui raro contingunt *Pinell. l. 2. c. 3. n. 30. C. de resc. vend. Facb. lib. 1. controu. c. 86 Bronch. cent. 1. Mi- sch. adf. 15. Diss. Gomez. d. c. 3. n. 19. Donell. lib. 19. comment. c. 50. Gail. lib. 2. obs. cap. 23. n. 18.*

## XVI. Commodati Actioni compensatio opponi nequit.

I. *§ item is. 2. Inst. Quibus mod. re contr. oblig. II. l. fin. C. commodat. Quia restituitur eadem species in commodato l. 1. pr. D. de reb. cred. d. §. 2. Species autem compensationem non admittit l. si non. 26. §. 4. D. de condict. indeb. l. 18. D. de pig. act. Fornerius lib. 2. select. c. 14. Bronch. cent. 2. adf. 42. & 43 Arum. Exer. 12. th. 15. Dn. Forster. Diss. 16. th. 15. Diss. Donell. ad §. in bona fidei. Inst. de Act. Cujac. lib. 9. obs. 39. Pac. cent. 4. quest. 44. Hoen. disp. 13. th. 9.*

## XVII. Depositum in immobilibus non consistit.

I. *L. 1. pr. D. depos. Res enim immobiles poni non possunt, multo minus deponi arg. d. l. 1. pr. II. Quia ea custodia adversus vim parum proficit l. 31. pr. D. de act. empt. Cessat itaq; finis depositi §. praeterea. Inst. quib. mod. re contr. obl. Schneid. Myns & Wesenb. ad d. §. praeterea. Coler. de process. execut. p. 1. c. 2. n. 67. & 104. in fin. Dn. Forst. d. disp. 16. th. 6. Diss. Gad. adl. 119. n. 3. D. de V. S. & in rubr. X de sequestr. n. 9. Hoen. disp. 13. th. 11.*

## XVIII. Depositarius praestat dolum & laram culpam.

I. *d. §. praeterea. l. 1. §. 19. & ult. D. depos. l. 5. §. 3. D. commod. ubi de dolo sermo est. l. 7. l. 31. D. depos. l. 1. D. eod. II. Quia nulla ejus versatur utilitas apud quem deponitur, sed deponentis d. l. 5. §. 2. Et sibi imputet, quod parum diligentianimo rem crediderit. Sicbard. ad d. l. 1. C. depos. Cujac. l. 22. obs. c. 30. Bocer. ad l. 23. c. 4. n. 31. D. d. R. 7. Hoen. disp. 13. th. 12. Add. Treut. vol. 1. disp. 26. th. 2. lit. C.*

## XIX. Pecunia non obsignata, licet id actum videatur, ut eam depositarius utatur, mutuum non constituit.

I. L. publi-

I. *L. publica 26 §. 1. l. 27. l. 28. D. de pos.* Quia ex bona fide quod gestum contentumque est, inspicitur *l. 1. §. si convenit. 6. D. eod.* II. Mutuum non inducitur contra intentionem agentium, nisi mutuum esse voluerit *l. 1. l. 12. l. 7. §. fin. eod. l. non omnis 19 D. si cert. pet. W. senb. in c. D. de pos. n. §. Duar. in comment. eod. tit. c. 4. Sicbard. ad rubr. C. eod. n. 4. Diss. Fr. Hottom. lib. 4. obs. c. 10. Add. Treut vol. 2. disp. 26. th. 6. lit. C.*

**XX. Depositor corporis s. speciei extantis omnibus creditoribus præfertur anterioribus, etiam mulieri.**

I. Iniquum enim eum, qui fidem secutus alterius, rem illi suam, dedit custodiendam *l. desiderium 7. C. de posit. ejus rei dominie, nullo suo facto, nulla inter veniente culpa, fraudari l. quod ad nostrum 2. D. d. R. 7.* II. Quia depositum repetenti nulla potest obijci compensationis exceptio *l. fin. C. de compens. Vaudus lib. 1. var. Quæst. c. 21. in fin. Boer. disp. de de pos. th. 32. Gotbofr. ad l. §. 10. ut in pos. leg. Diss. Accurs. & Dd. in l. asfiduus. 12. Qui pot. in pig. habeant.*

**XXI. Pignus oblatione nudâ liberatur eatenus, ut actio nascatur pignoratitia**

I. *L. alias res. 20. §. 2. D. de pig. act. l. 6. §. 1. Quib. mod. pig. vel. hypot.* II. Purgat enim moram debitoris *l. semel. mora. D. solut. matrim. & constituit creditorem in mora, quæ tanquam ultima nocet, per l. 91. §. 3. D. d. V. O. l. 17. D. de peric. & commod. rei vendit. glossa in l. acceptum 19. C. d. usuris ubi Sicbard. n. 11. D. Forst. disp. 16. th. 18. Diss. Duar. de pig. act. c. 4. Donell. in l. 9. D. de solut. post Dd. comm.*

**XXII. Pignus alienæ rei non convalescit, si debitor ejus consequatur dominium.**

Excipitur: nisi creditor ignoraverit rem tempore oppignorationis fuisse alienam, arg. *l. cum res 5. verb. exemplo pignoratitiæ C. si res alien. sit pig. dat. l. si fundus 16. §. 7. D. de pignor. l. si rem meam. D. d. V. O. Donell. tr. de pig. c. 9. Rober. disp. 14. coron. 2.*

**XXIII. Resti-**

302  
XXIII. Restitutio pignoris remissionem debiti non inducit, nec in chirographo.

I. Per l. creditorem 7. l. 2. §. 3. D. de pact. Ratio quia red-  
ditio instrumenti, aliam utilitatem debitori, quam debiti li-  
berationem adferre non potest arg. l. 109. D. d. legat. 1. Redditio v.  
pignoris etiam alia, ut quod vendi possit, mutuum sub eo accipi,  
Cujac. ad l. 2. D. de pact. Dn. Forst. disp. 16. th. 19. Hoen. disp. 13. th. 15. Dis.  
Duar. ad l. 3. D. de pact. ubiq. Dd. comm.

XXIV. *Αντίχρησις*, valet, licet perceptio fru-  
ctuum legitimum usurarum modum ex-  
cedat.

L. Arg. l. secundum naturam. 19. D. de R. J. cum contentus  
creditor esse cogatur si nihil fructuum nascatur, merito si u-  
beriores fructus proferat ager, debet hoc ejus lucro cedere.  
II. Propter incertum fructuum pretium quod pro locorum &  
temporum varietate mutatur l. si ea lege. 17. l. si ea pactione. 14. C. d.  
usuris Myns. cent. 6. obs. 71. Borch. in tr. de usur. c. 6. n. 5. Andr.  
Rauchb. lib. 1. quast. 20. Fost. in tr. de pact. cap. 6. n. 66. Aru-  
meus Ex. 12. th. 10. Bronch. cent. 2. adfert. 71.

Hoen. disp. 13. th. fin.




ULB Halle 3  
003 499 650  



sl

VDA 7









B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

1653 2  
M. A. *بیر*  
REMBERGS] U.D.  
TUTIONUM  
IMA TERTIA

# QUIBUS

ur Obligatio

Nobilissimâ, Facultate  
emiâ Wittebergensi.

SIDIO

# CICHORII

honoratissimi, atq;

atem colendi.

ntilationi subjicit

Königsdorff /

altinus.

Decembr.

consuetis,

ERGÆ

HNERI Acad. Typogr.

1653.

